



HISTORIARUM VENETARUM ANDREAE MAUROCENI LIBER SEPTIMUS.

M. D. XLIX.



Um hæc in Europa , Turcici belli ob pãctas inducias suspicione depulsa , geruntur , Suleimanus reliquis expeditus curis , in Persicam expeditionem cunctas sui imperii vires , ac nervos intenderat ; in id ab Elcano , Tamassi Persarum Regis fratre , incitatus , atque impulsus , qui vel æmula regnandi cupidine ductus , vel nimix fratris potentix timore perterritus , cum imparem se certamini animadverteret , Byzantium ad Suleimanum confugerat , ab eoque summis honoribus excultus , quod ejus auctoritatem adversus Tamassum sibi apprime utilem fore censeret , animum militaris gloriæ avidum incenderat . Itaque magnis comparatis copiis , magnisque itineribus emensis , cum ad Persidis fines

1549

Suleimanus ab Elcano Persa incitatus , in bellum Persicum intendit .

H. Mauroceni T. II.

A 3

Sulei-